

Moisés Carmona R.  
Templo de la Div. Prov.  
Calle de Dominguillo s/n.  
Acapulco Gro. - Méjico.

+  
JHS

438

19 - diciembre - 1981

Ad amicos meos Drs.

Everhard Heller  
et  
Kurt Hiller

Ab Acapulco Hae litterae, dilectione mea imbutae, vobis obviam progreduntur, etiam vota mea vehementissima portant quod cum ad bethleum praeseptum appropinquetis Infantem Divinum adorando stipulis quae eum laedunt reclinato, faciat ut desiderium ardentissimum inmolationis pro gloria sua, pro Ecclesia sua et pro animarum salvatione sentiatis.

Quotiescumque Sanctum Sacrificium Missae Deo Altissimo offero, pro vobis rogo, presertim in his diebus, ut in anno 1982, jam satis proximo, vobis sint auxilia divina necessaria ut pro viribus vestris veritates nostras divinas, etsi mundus totus rabie rugiat, proclamemus.

Tres juvenes sunt qui ad sacerdotium aspirant, ideoque studere volunt. Quando eos accipere poteritis? Auxilium a fidelibus verae Ecclesiae imploravi ad itinerem saltem solvendum et sunt mihi vix \$45,000.00 et nescio adhuc si sufficiens erit. Quam primum illos vadere mellior erit.

Communico vobis me terrenum acquisivisse ad alium templum cattolicum construendum in urbe Renacimiento, colonia acapulquense et Sancto Michaeli Archangelo consecratum erit. Opus est mihi alios populos visitare sed nunc vehiculo careo, ideo me movere sicut vellem non possum, sed gladium valde strinctum habeo et cum eo contra inimicos Ecclesiae pugnabo.

Si amicus noster baculis venturus est, número volatus atque diem cum diligentia me mone ut patruelis meus, qui in telonio laborat, pendens sit et tributum non solvet.

Gloriae dixi quod illic decrevistis et credo eam jam ad vos scripsisse.

Orate poro me sicut pro vobis oro quotidie.

Qui tantum nihil est

Moisés Carmona R.

